



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Matikhoven.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

- GABRIEL *Ridler* I. V. Doct. Canonic. *Ratisbonen.*
 WOLFGANGVS de *Seiboldsdorf* I. V. Doct. & Præpositus in *Pfaffenmünster,*
 an. 1524. 17. Maij.
 ANTONIVS *Rudolph*, Theologiæ Doct. an. 1550. 23. Octobr.
 SEBASTIANVS *Groß à Trockau* cognomento *Pfersfelder* an. 1574. 9. Martij.
 GEORGIVS *Lautherius* Theolog. Doct. an. 1577. 14. Decemb.
 PANCRATIVS *Motfchenbach* Theolog. Doct. an. 1610. 4. Octobr.
 Ill. mus & R. mus Dn. FRANCISCVS GVILIELMVS Comes à *Wartenberg,*
 Dn. in *Wald*, ficutiam Præpositus *Oetingen*, an. 1614. die 24. Ianuar.

Catalogus Decanorum *Monacensium.*

- IOHANNES *Kienberger* an. 1495.
 BALTHASAR *Hundertpfund* Doct. an. 1497.
 CASPARVS *Râbein* circ. an. 1503.
 CASPARVS *Barth* I. V. Doct.
 AMBROSIVS *Tphouer* de *Tphouerstal* I. V. Doct. an. 1532. 25. Octobr. resigna-
 uit an. 1533. 3. Iulij.
 MATTHÆVS *Kretz* D. an. 1534.
 GEORGIVS *Stengl* Theol. D. an. 1543. resign. an. 1554.
 ADAMVS *Bartholomæus* Theol. L. an. 1554. resign. an. 1571.
 GEORGIVS *Lautherius* Theolog. D. primò an. 1571. resign. eod. anno.
 PHILIPPVS *Dobeveiner* Theol. Doct.
 GEORGIVS *Lautherius* Theol. D. secundò an. 1577. 24. Ian.
 SEBASTIANVS *Franz* Theol. L. an. 1577. 14. Dec.
 PANCRATIVS *Motfchenbach* Theol. D. an. 1605. 26. April.
 JACOBVS *Golla* Theol. D. an. 1610. 5. Octobr.

MATIKHOVEN.

COLLEGIVM Canonicorum secularium in Boiaria Noricorum. Iohan-
 nes Kùchler cum vxore Catharina Matickhouiæ, vbi quondam Regum
 Boiariæ prætorium fuisse vetusta indicant diplomata, Collegium mystis Augu-
 stinianis instituit, circa Annum 1413. Auent. in Annalib. fol. 811.

MATSEE.

MONASTERIVM fundatum à Thessalono, Duce Bauariæ, religionis ac
 pietatis studiosissimo Principe, vnà cum aliis quibusdam Monasteriis, cir-
 ca Annum 760. Auentin. fol. 303. Hoc Monasterium Carolomannus Rex tra-
 didit ac donauit Monasterio à se nuper extructo, in loco, qui dicitur Ottinga,
 &c. cum omibus suis pertinentiis, anno primo regni Carolomanni Serenissi-
 mi Regis Boiariarum, Indictione IX. Actum Mathechouæ curte regia, &c. Ex-
 tat diploma Patauiæ, & in libello Ioan. Auent. de Ottinga.

CASTRVM ac dominium Matsee pertinuit aliquando ad Ecclesiam Pata-
 uien. quod Georgius Episcopus Patauiensis, cum sumptuosus esset, vnà cum suo
 Capitulo vendidit Pilegrino Archiepiscopo Salisburgen. cum omnibus suis
 pertinentiis, pro 15000. libris Viennen. denariorum, Anno 1396. aliàs 98.

EST hodie ibi Decanus, vnà cum aliquibus secularibus Canonicis, qui quo-
 ad spiritualia adhuc subsunt Patauien. Episcopo, sed quoad temporalia Salis-
 burgenfi, saluo iure supremæ Ducalis potestatis ac meri Imperij Ducum Baua-
 riæ, secundum concordata cum Archiepiscopo Salisburgen. Das Matsee ge-
 hört in das Landgericht Brauna/ze.